

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Cothmann

**Prorector Academiae Rostochiensis Johannes Cothman S.S. Theologiae
Licentiatus & Professor. Ad exsequias Quae ... matronae Christinae Sassen a
Genero Moestissimo Parantur. Omnes inclytæ huius Academiae cives ... invitati**

Rostochi[i]: Pedanus, 1631

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775780456>

Druck Freier  Zugang



Cothman, J.,
in
Chr. Sass,
uxor. H. Schilling.

Rost. 1631.

28

PRORECTOR
Academix Rostochiensis
JOHANNES COTHMAN
S. S. Theologix Licentiatus &
Professor.

Ad exsequias

Quæ
Honoratissime ac lectissima matronæ

CHRISTINA
GÄGGEN

GENERO MOESTISSIMO
PARANTUR.

Omnes inclytæ hujus Academix ci-
ties officiosè ad med. primæ invitatis



ROSTOCHI

Typis Joachimi Pedani Acad. Typ.
ANNO M. DC. XXXI

PRORECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOHANNES COTHMAN, S.S.
Theologiae Licentiatus & Professor.



Cicero sui temporis molestias paulò altius expendens in epistolis ad Atticum scriptis inquit: sed prorsus vitæ tædet, ita sunt omnia miseriarum plenissima. Item: Ego vivo miserrimus & maximo dolore conficio, non faciam ut enumerem omnes miserias, hoc confirmo, neminem unquam tanta calamitate esse affectum, nemini mortem magis optandam fuisse. Mihi Cicero si nostra tempora videre contigissent, num aliter sensisset? Nam & præsens seculum afflictionum feracissimum, ita comparatum est ut verba tua ad Octavium scripta illi: imprimis quadrent: in capitolio, inquis, signa sunt in urbe milites vagantur, in campo castra ponuntur Italia tota legionibus ad nostram libertatem conscriptis ad servitutem adductis, equitatique exterarum nationum detinetur. Num ergo & nobis similem fortunam expertis mors

3

mors optanda est: si votis res gereretur, multi
hodie hoc uterentur remedio, sed non licet
cunctis tam esse beatis. Ferendum igitur a quo
animo, quod fors feret; optimum enim dicen-
te Seneca, est pati quod emendare non possis.
Nam nescit præsens, quid ferat hora sequens.
Quos autem divina bonitas ex hac ærumnarum
valle seculo hoc infelici & perplexo quo sævit
toto Mars impij orbe, liberat: o illi felices ni-
miū, o terq; quaterq; beati. In pace enim sunt, &
mala quæ nos quotidie premunt, illorum oculi
non vident, nec aures eorum feriunt, cum fru-
antur illâ felicitate, quam oculus non vidit, nec
auris audivit. Gaudij hujus nunquam desituri
compos facta est piè defuncta matrona **Christi-
na Sassen**. Nata verò illa fuit seculi superioris
anno 61. ipsa exaltationis crucis die, parentib⁹
præclaris & ex præcipuis civitatis hujus fami-
lijs, oriundis, patre scil. **Ioachimo Sassen** urbis
hujus cive quondam primario; Matre **Wipke
Boldewans** ex pervertusta huj⁹ gentis prosapia
originem trahente; Avum enim paternum ha-
buit virum autoritate & prudentia conspicu-
um Dn. **Petrum Sassium** Reipubl. hujus sena-
rem optimum. Avum autem maternum Dn.
Heinricum Bolduan Reipubl. hujus consulem

A 2

amplif.

amplissimum; Aviam verò *Wibeken* *Barchus*
holdes. Aviæ verò maternæ progenies ex anti-
qua *Bolduanorum* familia ortum duxit, quæ per-
plura secula viros anthonitate graves, & expe-
rientialia multa conspicuos ac dignitate senato-
ria insignes, produxit. progenitoribus hisce
primarijs proseminalata piè defuncta nostra
Christina Sassen à parentibus suis Charissimis:
Christo, per Sacramentum initiationis oblata:
est, quem etiam hoc medio verâ fide induit,
quotquot enim baptizati sumus Christum in-
duimus. Cum autem à teneris assuescere mul-
tum sit; quo enim est imbuta recens servabit
odorem testadiu, ideo parentes piissimi à pri-
mis statim annis ad pietatem omnium virtu-
tum matrem, & rei œconomicæ curam sexuni:
fœmineum adamantis instar ac smaragdi con-
decorantem, assuefecerunt. Nec piè defuncta
nostra matrona parentum exspectationem fe-
sellit; tantos enim in studio cùm pietatis tūm
domestico fecit progressus, & indolem suam,
industriamq; laudandam ita omnib⁹ probavit,
ut annum agens 21. à viro verè integerrimo &
bono Dn. *Hermanno Schillingio*, postmodum
consule Reipublicæ hujus meritissimo in ma-
trimonium fuerit desiderata, cui Anno 1682.

28. Au-

28. Augusti selemni & consueto ritu in facie
Ecclæ desponsata fuit. Quod matrimonium
quem admodum felicissimum ac pacatum fu-
it, ita non planè sterile aut infæcundum extitit,
siquidem ex lectissima hac conjugæ par libero-
rum carissimorum, *Annam & Ioachimum Schil-*
lingios suscepit, quorum illa viro consultissimo
& clarissimo Dn. *Iohanni Sibrando* J. U. D. exi-
mio, & per 27. annos Academiæ hujus professo-
ri dignissimo, nuncvero urbis hujus Syndico
vigilantissimo Anno 1599. 10. Decembr. in ma-
trimonium elocata fuit, & quidem sydere fæli-
cissimo, quod conjugij huius fructus satis a-
bundè comprobat. Nam defuncta hæc nostra
matrona duodecim nepotes ac neptes, tres
scil. filios *Henricum* J. V. D. clarissimum, ac
virtutum paternarum æmulum, & *Herman-*
num & *Iohannem* Sibrandios super genua sua,
ursscriptura de avis loqui consuevit, educatos
vidit: Et novem filias *Christinam* primam, *Do-*
rotbeam quæ post annos pubertatis viro consul-
tissimo Dn. *Iohanni Dehen* J. U. D. celeberrimo,
ac practico eximio connubio juncta fuit stabili,
quam individuam tamen vitæ societatem mor-
tis truculentia diremit, cum uterq; ex hoc mor-
talitatis diversorio, ad exoptatam immortalita-

A 3.


tem

6.
tem discesserit Annam priorem *Iustinam*, An-
nam secundam, *Christinam* secundam *Sophiam*
& *Mariam*, Sibradianas sæpiuscule avia hæc
in amoris testificationem ulnis suis complexa
& exosculata est, quem amorem, reciprocatio-
ne venerationis & observantiae, quod summo-
pere laudandum, neptes hæc compensarunt. un-
de piè defuncta nostra matrona extremum vitæ
diem præ foribus esse persentiscens, memor i-
stius Salomonis: benedictio matris ædificat, be-
nedictione identidem repetita generis, nepotis-
bus ac pronepotibus benedixit, eosq; omnes &
singulos pijs precibus ac votis Deo commenda-
vit. Contigit præterea piè defunctæ nostræ ma-
tronæ, singulari Dei indultu & hæc felicitas, ut
filiū *Ioachimum Schillingum* viduæ honoratis-
simæ ac lectissimæ *Agnis & Tancen* viri amplis-
simi & prudentissimi Dn. *Marci Tancen* con-
sulis Reipubl. hujs senioris & de civitate hac
præclarè meriti & adhuc merentis filiæ matri-
moniali fædere jūctū cerneret, ex quo duos ne-
potes immatura morte præreptos luxit, ac pau-
lo post desideratissimi filij insperatum obitum
acerbis lacrymis sæpius prosecuta est. Experta
igitur matrona nostra illud Christianorum γλοχύπνεον.
Quemadmodum enim numero nepotum ac ne-
ptum haut dubiè exhilaratam credimus, ita
cha-

riſſimi filij, filiæ, ac nepotum fato immatu-
cōtristatam non negam⁹. Unde factū quod mœ-
rore affecta ex obitu cùm desideratissimi con-
jugis Dn. Hermanni Schillingij consulis dum vi-
vebat amplissimi, tum charissimorum libero-
rum nepotum ac neptum discessu & quod non
negligendum seculi hujus infelicissimi curis,
injurijs, violentijs, & rapinis ita confecta, ut
tandem dierum satur identidem cùm Apostolo
dissolvi & cùm Christo redemptore vivere
ſummo desiderio expetiverit. Cujus voti com-
pos facta; postquam enim ante sex circiter heb-
domadas ſcorbuto alijsq; hunc in ſequentibus
ſymptomatis infestata, decumbere cæpit, primo
omnium animæ medicinam quærens S. Syna-
xeo emplastrum porrigi ſibi petijt. Morbo ve-
ro ingraueſcente, juxta Syracidis monitum me-
dici corporis operam non contempſit. Cum au-
tem non ſit in medico ſemper relevetur ut æ-
ger, ideo, licet ſtudium Medici fuerit adhibi-
tum, plus tamen valuit malum arte docta, unde
hujus circa horam undecimam meridianam
retinens fidem ac bonam conſcientiam, ex pe-
ticulosiſſima vitæ hujus navigatione, in cæle-
ſtis vitæ exoptatiſſimum portum appellens,
genero amanti ſimo nepote & nepte lectiſſimis
multisq; alijs adſtantibus, placide in Domino
obdor-

obdormivit. Fient autem honoratissimæ huic
matronæ justæ exequialia ad hor. m. i. itaq;
omnes & singulos Academiæ cives per amanter
rogo & hortor, ut honorem & amorem, quem
partim debent, p. m. consuli amplissimo Dn.
Hermannio Schillingio partim vero viro claris-
simò & consultissimo Dn. D. *Johanni Sibrando*
optimè antehac de Academia nostra merito &
hodie merenti, frequentia sua contestentur.
Convenite itaq; cives Academicici dicta hora in
templo Necolaitano & calamitosissimum, ca-
lamitosissimi hujus seculi statum, & deploran-
dam conditionem, non lacrymis, id enim do-
loris vehementia non admittit, sed profundis
suspirijs prosequendam, devotis precibus Deo
omnipotenti cuncta mutare valenti commen-
date. P. P, Sub sigillo Academiæ 7. Novemb.
Anno M. D. C. XXXI.










28. Augusti selemni & consueto ri-
Ecclesiæ desponsata fuit. Quod mat-
quem admodum felicissimum ac pa-
it, ita non planè sterile aut infæcund-
siquidem ex lectissima hac conjugie
rum carissimorum, *Annam* & *Ioachim*
lingios suscepit, quorum illa viro con-
& clarissimo Dn. *Iohanni Sibrando*
mio, & per 27. annos Academiæ hui-
ri dignissimo, nunc vero urbis hujus
vigilantissimo Anno 1599. 10. Dece-
trimonium elocata fuit, & quidem
cissimo, quod conjugij huius fructus
bundē comprobat. Nam defuncta
matrona duodecim nepotes ac n-
scil. filios *Henricum* J. V. D. clari-
virtutum paternarum æmulum,
num & *Iohannem* Sibrandios super-
ut scriptura de avis loqui consuevi-
vidit: Et novem filias *Christinam* p-
rotbeam quæ post annos pubertatis
tissimo Dn. *Iohanni Deyen* J.U.D. c-
ac practico eximio connubio juncta
quam individuam tamen vitæ societatis
truculentia diremit, cum uterque
talitatis diversorio, ad exoptatam i-

A 3.



the scale towards document